

Aretica prauitate subscribens, Romam quasi victor intrauit. Felix autem depositus de episcopatu suo, habitauit in prædiolo suo via Portuensi. Idem quoque sub anno sequenti Titiano & Cereali consulibus de Felice scribit ita: Felix papa, xxxv. post Petrum, sedit anno vno. Et anno immediate sequenti rursum de Liberio loquitur: Liberius papa de exilio reuertitur. Postremo, de eiusdem Liberii morte commemorans, anno quarto Imperii Valentianus, ad veritatem quoque euangelii, cccclxxxiii. iuxta Dionysii cyclum, cccclxij. Gratiano ac Gadalaiso consulibus, dicit, Liberius papa obiit octauo Kalendas Maij.

Porro in Antiochia Syriæ alter hæresiarches emerfit Aetius, cognomento, sine deo, Is enim eadem, quæ Arrius, sapiebat, sed ab Arrianis se segregabat, eo, quod Arrium in suam communionem receperant. Erat namque is Aetius hæreticus, & feruentissime defendere Arrii dogma videbatur. Eruditus enim aliquantulum, Alexandriam reuersus est. Et veniens Antiochiæ Syriæ, vnde oriundus erat, a Leontio tunc Antiochæno præfule diaconus ordinatur. Tunc ergo veniens ad se disputationibus sophisticis eludebat. Fecit is epistolas ad Imperatorem Constantium, & alios quosdam, contentiones inuoluens, & quædam commenta conficiens. Et licet eadem, quæ Arrius vindicaret, tamen a suis, non valentibus intelligere perplexiones syllogismorum eius (cum eadem, quæ ille, sciret) putabatur hæreticus. Et propterea eorum pulsus ecclesia putabatur, cum ipse illis potius communicare noluisse. Hætenus enim ex illo sunt, qui tunc quidem Aetiani, nunc autem Eunomiani vocantur. Postea namque Eunomius notarius eius, eruditus ab eo, æditione eius hæreticam diulgauit. Sozomænus. Inimici quidem fidei putantes se tempus inuenisse contra defensores eius, valde apud principem laborabant, vt de ecclesiis pellerentur omnes, qui ab eis videbantur esse depositi. Præcipue tamen Athanasium accusabant ob nimiam inuidiam. Et Antiochiæ congregati, Narcissus Cilix, Theodorus Thraciæ, Theognius Nicænsis, Patrophilus Scythopoleos, Minophantus Ephesus, & alij circiter triginta, scripserunt omnes vniuersis episcopis, quod contra sanctiones ecclesiasticas Alexandriam redisset, nec in concilio sine culpa fuisset inuentus, & iubebant, quod neque communicarent ei, neque scripta mitterent, sed Georgio, qui ab eis fuerat ordinatus. Igitur, deuictio Magnentio, cum solus Constantius Romanorum tenuisset imperium, omni studio laborabat, vt Occidentales episcopi consentiret eis, qui consubstantialē esse patri filij, denegabat. Tunc igitur in Italiā conuenerunt episcopi Orientalium non multi, quoniam plurimos eorum aut senectus, aut itineris longitudo prohibuit, Occidentalium vero ultra trecentos, vt præcepto principis concilium Mediolani celebraret, vbi conuenientes Orientales, ante omnia contra Athanasium decretū fieri cōmunæ poscebāt, vt, hoc facto, penitus ei aditus Alexandriæ clauderet. Quod cum sensisset Paulinus Gallicanæ Tribereos, Dionysius Albæ metropolis Italorū, & Eusebius Vercellens. episcopi, quod ad destructionē fidei Orientales contra Athanasium agere molirent, surgentes, magna voce clamabant, dolum, & circūuentionē per ea, quæ gerebantur, Christianis dogmatibus irrogari. Non enim veras contra Athanasium culpas esse dicebant, cum ad retractationē fidei talia probarentur inuenta. Illis ergo talia proclamantibus, concilium tunc soluitur episcoporum.

Concilium. Illis ergo talia proclamantibus, concilium tunc soluitur episcoporum. Theodoritus. Deposito deinde Athanasio, aliam hæretici fidei exponere sunt nisi doctrinā. Sed neutrum horum perditum potuit ad effectū, cum præfente principe clamaretur, quod iniuste ageretur, & impie. Quo facto, & ipsi ecclesiis sunt expulsi, & in vitimis terræ finibus habitare iussi. Quod mirabilis Athanasius hoc modo in Apologia describit. Quis tantum poterit memorare, quantum illi gesserunt? Tunc enim ecclesiis pacem habentibus, & populis per collectas orantibus, pontifex quidē Romanus Liberius, & Paulinus Galliæ Metropolitanus episcopus, & Dionysius Italus, Lucifera Metropolitanus Insularū Sardinie, & Eusebius ex Italia, omnes episcopi boni, & predicatores veritatis abripiuntur, & traduntur exilio, nullam habentes culpam, nisi quod in Arrianam noluerint consentire vesaniam, neque in calumnijs subscripserint nostris.

Tripertite hist. lib. 5. cap. pite. 13

vbi sup. c. 14

Conc. Antioch. nō cap. tholicum.

vbi sup. ca. 19

Conc. Italiæ non sancti, nec continuatum sed iocium;

Vbi su. ca. 16 Theodor. lib. 2. cap. 17

Athanasij in libro de fuga sua